Poenituit prima fuſos ab origine crines
Clara ſoporatas illuſtrẽt lumina mentes:
Luſtremuſq; aĩas: humiles in ſancta feram⁹
Templa preces: exẽpla patrũ meliora ſequuti:
Purior interea depulſis nubib⁹ aer
Induet antiquos vultu ridẽte colores.
Grana ferent falci dulceſq; racemifer vuas
Palmes: et alma Ceres mitiſq; fauebit biacchus
Atq; ſalutiferis immiſſę flatibus aurę
Innocuos coeli tractus ſynceraq; reddẽt
Atria fatifero paſſim moriẽte veneno
Bellaq; compoſita ceſſabunt horrida pace:

¶Franciſci Cereti Parmenſis iuris Pontificij Scholaris ad pręſtantiſſimum adoleſcentem Jacobum Mariam de lino Ciuẽ Bononienſem: ac Dominum Colendiſſimum Carmen.

Ine decus fidei dentes cui Serra beatos
Alligat: et veteris pignus amoris habet:
Non ſecus acoo pręrupt⁹ in aere Magnes
Attrahit in vires ferrea vincla ſuas
Ac tua ſancta fides nullo violabilis ęuo
Attrahit in cultus pectora noſtra ſuos:
Quã nec liuor edax: nec lõgi temporis ętas
Abluet a noſtro pectore: crede mihi:
Propterea cũ ſis vita mihi charior omni
Accipe diuini carmina vatis opus:
Quę tibi ꝑ meritis reſides impreſſimus: atq;
Diximus hęc dño ſint monumenta meo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Diſce legens noſtrę mala tempeſtatis:et orbi
Immiſſas tetro de phlegetonte canes:
Letiferę monſtris ſeptem comitantibꝰ omni
Quę mores abigūt prorſus ab orbe pios
Quę pariūt luxum.faſtus.iram atqꝫ veternū
Inuidiam curas crimen auaricie
Horrida quę peſtes.ꝛ funera ſęua famēqꝫ
In latias ducūt dira venena domos
Cum nec ſanctus honor.pietas nec conſcia recti
Mens.ꝓbitas ꝟtus nec ſit in orbe fides
Sꝫ dolus ingrati generis diſcordia liuor
Crimen auaricię.luxurięqꝫ ſcelus
Ergo pio vati meritos pręſtabis honores
Cui latie debet fama ſecūda lyra
Interea noſtri longū ſeruabis amorem
Diſſimulās fidei pignora ſancta tuę
Hęc ꝛ plura tibi plectro meliore canemus
Cum dabitur:reſides cogimur eſſe: Uale.

¶ Calamitatum noſtri temporis opus diuinum Baptiſtę Man-tuani deſinit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf